



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 56. Origo Ligæ Catholicæ & unionis Evangelicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

aus & clientelam suscepisse, ut eorum Sæc. XVII.
 jura tueretur, proin rogare se, ne eis A. C. 1609.
 ulla vis inferretur, sed omnia citra bel-
 lum amice componerentur.

§. LVI.

*Origo Ligæ Catholicæ & unionis
 Evangelicæ.*

Cum ergo adversus Protestantium vio- Helvicus
 lentias nec jura nec leges & edicta Theatr. Hist.
 quicquam proficerent, imo ipsimet A- l. 4, p. 113.
 catholici, ut Judicis severitatem elude- Carafa
 rent, duo illa suprema in Imperio Ju- comm. Germ.
 dicia, Spirense ac Cæsareum dedignati pag. 39.
 novum in Imperio judicium, quod Re- Calmet Hist.
 ligionis diffidia decideret, erigi postu- Univers.
 larent, nec futuris ac præsentaneis ma- lib. 150.
 lis motibusque comitia aut amica col- Jacob. Mas-
 loquia mederi valerent, hinc projecta sen. annal.
 ulterioris pacis spe res ad arma spectare Trev. l. 23.
 videbatur, præludentibus A catholicis n. 66, p. 451.
 Principibus, qui jam anno Christi mil-
 lesimo quingentesimo nonagesimo octa-
 vo Francofordiæ, & sequenti anno Frid-
 bergæ convenientes sub specioso liber-
 tatis defendendæ titulo, qualis plerum-
 que factioforum esse solet, adversus
 Papam, Cæsarem & Catholicos omnes
 primum unionis suæ, quam *Evangelicam*
 vocabant, lapidem jaciebant, priori
 autem anno in Aschusiano conventu
Hist. Eccles. Tom. LIV. Cc po-

Sæc. XVII. postremam huic fœderi manum admo-
A. C. 1609. turi, in unionis suæ Caput elegerunt Fri-
 dericum, Electorem Palatinum, & in Vi-
 carium fœderis Anhaltinum Principem,
 quibus Wirtembergicus Dux, Mauri-
 tius Hassiæ Landgravius, Ernestus O-
 nolsbacensis, Fridericus Durlacensis
 Marchiones pluresque alii Principes ac-
 cesserant, præter plerasque Imperii Ur-
 bes: Huic etiam Protestantium socie-
 tati ipsemet Henricus IV. Franciæ Rex
 nomen dedit, eorumque pacta anni se-
 quentis die decima Februarii rata ha-
 buit. Sollicitabantur quoque magno
 studio exteri Principes, atque inter eos
 præcipue Angliæ, & Daniæ Reges,
 Veneti, Batavi, Hungari, Bohemi, &
 Transylvani. Cum autem Protestan-
 tium nonnulli in Halensi conventu arma
 adversus Cæsarem sumenda decerne-
 rent, alii vero mitioris ingenii Princi-
 pes, ac præprimis Duces & Electores
 Saxonici potius rem amice pertractan-
 dam suaderent, vix stabilita hac unione
 jam divisio inter Protestantes facta est,
 & mitiores simplici nomine Protestan-
 tes, ceteri vero *Correspondentes* vocari
 gestierunt, caute confœderationis titu-
 lum vitantes. Ex adverso Catholici, ne
 Protestantibus ad eorum perniciem in-
 tentis ipsi dormitarent, arctius inter se fœ-
 dus percusserunt, eo duntaxat fine, ut
 salva

salva Cæsaris & Imperii auctoritate vim Sæc. XVII.
 injustam, si inferretur, a se depellere, A. C. 1609.
 tranquillitatemque publicam stabilire
 possent: Huic autem foederi, quod *Ligam Catholicam* appellabant, subscripserant Maximilianus Bavarix Dux, qui hujus societatis Præfectus designabatur, Moguntinus, Coloniensis, Trevirensis Archiepiscopi Electores, tum Bambergensis, Herbipolensis, Salisburgensis, Aichstettanus Episcopi, præter Austriæ Duces, pluresque alios. Invitabantur quoque Pontifex Romanus, Hispaniæ & Poloniæ Reges & Hetruriæ Dux. Vix ista erant hæc foedera, cum illico utrinque milites per Germaniam, Belgium atque Italiam conscriberentur, omnibus denique ad bellum summo studio paratis.

§. LVII.

Pugna inter Matthiæ Regis milites & Protestantes in Austria, concessumque Religionis exercitium tam Austriacis quam Moravis.

His ita constitutis nondum Protestan- Contin.
 tes in Austria quieverere, sed magno Chytr. p. 145.
 numero in pagis prope Cremsam exercitum contraxerunt, eapropter Matthias Rex Buchemium cum mille quingentis equitibus & tormentis aliquot in civi-
 tatum,